



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Nobilibvs Mvlieribvs Tarasiæ Reginæ & S. filiabus S. quondam Regis  
Portugalensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

& sacerdotalis officij , sublato ejuslibet contradictionis & appellationis obstaculo, publicè suspendatis, ut ejus exemplo similia ceteri agere pertimescant, facientes sententiam suspensionis hujusmodi per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum Laterani i v. Idus Octobris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

*N O B I L I M V L I E R I M .  
filie Sancij quondam Regis Portugalensis.*

Ep. 115.  
Inscriptio sub  
petitione fe-  
tate apostolica  
vixi ipsa p. f.  
p.  
**O**lim ad petitionem inclitæ memorie Sancij patris tui Regis Portugalensis testamentum quod fecerat in mortis articulo constitutus duximus confirmandum. Verum quia dubitas ne super his quæ tibi eodem testamento legavit ab aliquibus tibi molestia inferatur, nobis humiliter supplicasti ut eadem tibi auctoritate dignaremur apostolica confirmare. Nos igitur tuis precibus inclinati, personam tuam cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possides, aut in futurum justis modis præstante Domino poteris adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & tam Baucias, Tuias, & Aorua cum pertinentiis suis, quæ jamdiutus pater & mater tua cum omnibus filiis & filiabus suis tibi donavit, quæ hereditates quas tibi nobilis mulier V. Egeenomine, quæ te nutrit & adoptavit in filiam, hereditario tibi jure concessit, sicut justè ac pacifice possides, devotioni tue auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostra protectionis & confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani i i i. Idus Octobris, pontificatus nostri anno x i v.

*A R C H I E P I S C O P O  
Compostellano, & Vlixbonensi &  
Egitaniensi Episcopis.*

Ep. 116.  
Inscriptio sub  
petitione fe-  
tate apostolica  
vixi ipsa p. f.  
p.  
**O**lim ad petitionem inclitæ memorie Sancij Regis Portugalensis testamentum quod fecerat in mortis articulo constitutus duximus confirmandum. Verum quia nobilis mulier M. filia Regis ipsius dubitat ne super his quæ sibi eodem testamento legavit ab aliquibus ei molestia inferatur, nobis humiliter supplicavit ut eadem sibi confirmare auctoritate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius precibus inclinati, personam tuam cum omnibus bonis &c. ut in confirmatione in eundem ferè modum usque sicut ea justè ac pacifice possidet, eidem curavimus auctoritate apostolica confirmare. Quocirca fraternitati vestra per apostolica scripta mandamus

quatinus si quis prædictam nobilem super bonis prædictis presumperit temerè molestare, vos illum à præsumptione sua per censuram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo ratione prævia compescatis. Quod si non omnes his exequendis, &c. duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani Nonis Octobris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

*N O B I L I B V S M V L I E R I B V S  
Taraſia Regine & S. filiabus S.  
quondam Regis Portugalensis.*

Ep. 117.  
Super codicem.  
**O**lim ad petitionem inclitæ memorie Sancij patris vestri Regis Portugalensis testamentum quod fecerat in mortis articulo constitutus duximus confirmandum. Verum quia dubitatis ne super his quæ vobis eodem testamento legavit ab aliquibus vobis molestia inferatur, nobis humiliter supplicasti ut eadem vobis confirmare auctoritate apostolica dignaremur. Nos igitur vestris precibus inclinati, personas vestras cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis præstante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & castrum Montis majoris & villam Hisguerra, quod tibi Regina Tarasia, & castrum de Alanquer, quod tibi S. cum pertinentiis corundem dictus pater cum omnibus filiis & filiabus suis donavit, sicut ea justè ac pacifice possidetis, devotioni vestrae auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostra protectionis & confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani i i i. Nonas Octobris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

*C O M P O S T E L L A N O  
Archiepiscopo, & Zamorense &  
Asturicensi Episcopis.*

Ep. 118.  
De codicem.  
**O**lim ad petitionem inclitæ memorie Sancij Regis Portugalensis testamentum quod fecerat in mortis articulo constitutus duximus confirmandum. Verum quia nobiles mulieres Tarasia Regina & S. filiae Regis ipsius dubitant ne super his quæ sibi dictus Rex eodem testamento legavit ab aliquibus eis molestia inferatur, nobis humiliter supplicarunt ut eadem eis confirmare auctoritate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsarum precibus inclinati, personas suas cum omnibus bonis &c. ut in confirmatione in eundem ferè modum usque sicut ea justè ac pacifice possident, ipsi